

fol. 913. Leoncill. decis. Ferrar. 4. num. 1. & decis. 55. numero 1. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 8. numero 19. Othob. decis. 95. num. 5. & dec. 155. num. 18. Post. de manutent. observ. 67. numero 3. Rota decis. 248. numero 13. part. 9. tom. 1. recent. Quæ nullitas iudicii sententiæ, & actorum tanquam favore minoris inducta non nisi ab ipso allegari potest in tantum, quod si sententiam favorabilem nulliter obtineret, si illam acceptaret ab ejus adversario de nullitate inutiliter redargueretur. Surd. dicta decis. 108. numero 17. Leoncill. decis. Ferrar. numero 2. & seqq. & num. 6. Ludovill. decis. 467. numero 5. Joannes Carol. Antonell. de tempore legal. libro 2. capite 10. numero 18.

Solus tamen minor, & sine Curatore in iudicio possessorio * validè esse potest. Thomat. dec. 109. n. 17. Post. de manutent. observ. 67. n. 1. Quinimò mulier minor etiam sine Curatore * potest sibi in dotem constituere stabilia cum onere eadem restituendi. Spad. consil. 365. numero 12, 15, & 16. lib. 2. ubi ampliat istud etiam stante statuto disponente, quod maritus dotem lucretur, quia quoad istud constitutio * pro non facta reputatur. Hodiern. ad Surd. decis. 278. n. 1. & seqq. Cyriac. controvers. 508. numero 5. ubi quanquam absolute dicat esse nullam dotis constitutionem, istud tamen intelligitur quoad effectum, ut maritus eam lucretur, non autem ut validè constituatur.

Animadvertendo insuper, quod ubi minor habet Curatorem, tunc iudicium sustinetur, etiam si adultus solummodo ad iudicium vocatus fuerit, ex quo in electione * actoris refidet citare minorem adultum, vel ejus Curatorem. Gratian. dec. March. 73. numero 3, & 4. Rota decis. 674. num. 6. part. 1. recent. duplicata apud Andr. dec. 29. & triplicata post Mangil. de subhast. decis. 96. Ferentill. ad Buratt. decis. 440. numer. 9. in fine. Thomas de curat. titulo 10. num. 37. Pignat. ad stat. Ferrar. rub. 8. numero 20. Rot. Maceraten. præditi 10. Junii 1624. Remboldo. Verùm superius dicta non applicantur * ad præsentem materiam alimentorum pro quibus minor sine Curatore in iudicio esse potest, ut latè prosequitur Auctor hic num. 4. circa quod videtur dubitare num. 5, 6, & 7. attamen quod minor petens alimenta in iudicio si sit pauper non egeat Curatore tradit Leoncill. de privileg. pauper. 257. numero 2.

Quæ necessitas dandi Curatorem pro validitate iudicii non militat respectu Capituli universitatis, sive Collegii, quamvis respublica jure minoris * & ejus privilegiis gaudeat, l. 4. ubi gloss. & Doctores C. quibus ex caus. Thomas de tutor. & curat. tit. 19. numero 372. fol. 307. Fontanell. decis. 273. sub numero 16. versic. quod non est. Quippe quoniam respectu præsentis articuli diversa militat ratio inter universitatem, & minorem, ex quo solemnitas * quæ adhibetur in deputazione Curatoris minori, non adaptatur universitati. Fab. in suo Codice libro 3. titulo 1. diffinitione 33. Thomas de curatoribus titulo 4. numero 87. Fontanell. dicta decis. 273. numero 16. in fine. Rota in Leodiën. Pecuniaria 28 Junii 1647. in fine Bichio.

CAPUT XXVI. SUMMARIUM.

- 1 Jurisdictio Ecclesiastica cum laicali non confunditur.
2 Judex laicus an sit competens inter duos Emphyteutas Ecclesiæ. Quis sit in causa canonis numero 5.
3 Actor forum Rei sequitur.
4 Judicium favore Clerici claudicat.
5 Clericus agens ad censum pecunia constitutum contra laicum, secularis Judex dicitur competens.

JURISDICTIONES inter Ecclesiasticum, & sæcularem Judices inter se distinctas * esse, nec confundendas præmittitur hic in princip. Gail. practic. observ. 3. numero 6. & observat. 12. sub num. 1. versic. Ne jurisdictiones confundantur; & observ. 119. sub num. 2. versic. Quia jurisdictiones non debent confundi, libro 1. Spad. consil. 5. numero 2. & per totum lib. 1. Georg. Mund. consil. 12. nu. 126, & 127. libro 1. Si tamen contingat lis inter Emphyteutas laicos * super spectantibus ad utile dominium ab Ecclesia recognitum confusa, & anceps redditur jurisdictione, nam quod spectet ad Ecclesiasticum pro indubitato habet Rota decis. 42. numero 10. & seq. part. 6. recent. Ferentill. ad Buratt. decis. 780. n. 13. Antonio. de Marin. resol. 207. nu. 4. seq. ac per totum libro 1. Cyriac. controv. 12. numero 67. Diana resolut. 56. part. 4. fol. 19. Fontanell. decis. 341. numero 2. Tondut. de prævent. judic. part. 2. cap. 12. numero 42. In aliis verò tribunalibus cognitio prædicta ad judicem laicum spectat. Theaur. quæst. forens. 15. numero 20. lib. 2. Hodiern. ad Surd. d. cis. 1. num. 6, & 7. Ciarlin. controv. 17. numero 17. & per totum, dixi alleg. 42. numero 8. & alleg. 52. numero 28. lib. 2.

Præsupposita autem actione personali tantum ad canonem, seu censum ab Ecclesiastico intentatâ, intrat conclusio non admittens controversiam, quod Clericus actor * forum rei sæcularis sequi tenetur, textus est ad litteram, in cap. si Clericus laicum de foro competenti; & admittunt mox citati Doctores Rota in Romana reintegrations 23 Februarii 1654. §. nullitas Cerro. Benè verum est, quod si per laicum judicem aliàs incompetentem favore Ecclesiastici non opponitur declinatoriam fuerit judicatum, sæcularis qui succubuit nullitatem ex defectu jurisdictionis opponere non poterit, ratione aliàs adducta, quod iudicium favore Clerici * vel Ecclesiæ claudicat, ita ut non censeatur nullum, nisi quatenus Ecclesia, aut Clericus istud allegarent. Rota in dicta Romana reintegrations 23. Februarii 1654. §. 1. versic. cum de hoc Cerro, & in Vercellen. manutentionis 28 Junii 1655. §. ad secundum respondetur, Bichio, & dixi ad præcedens cap. versiculo quæ nullitas.

Laicus ab Ecclesiastico proprietatem ad censum, vel ad canonem, seu quid aliud recognoscens pro eadem * annua præstatione coram quo iudice conveniri deberet in dubium revocabatur, nam iudex Ecclesiasticus cognitionem ad se spectare contendeat. Abb. in Cod. si Clericus numero 12, & 13. & ibi Barbat. nu. 55. de foro competenti. Felin. in c. causam

c. causam de præscript. Valasc. de jur. emphyt. qu. 39. sub num. 14. vers. Quid si emphyteutis, Borgnin. decis. 45. num. 68. part. 1. Ciarlin. controv. 52. num. 19. Sperell. decis. 142. num. 42. E contra verò Senatus causam sibi remitti viriliter insistebat, ex regula universalis, quod actor forum rei omnino sequi teneatur. Innocent. Felin. & Marian. in dicto cap. si Clericus de foro competenti. Olasc. decis. 32. n. 6. in fine, Hodiern. ad Surd. decis. 1. num. 6. Theaur. quæst. for. 15. num. 3. & per totam, lib. 2. dixi allegat. 42. numer. 8. lib. 2. Ciarlin. controvers. 17. sub nu. 120. Fulgin. de emphyt. titul. de divers. quæst. 5. sub num. 5. versic. Sed in hoc casu. Borgn. d. decis. 45. num. 69. part. 1. Bim. conf. 240. num. 54. Gratian. discept. 238. num. 16. ubi quod sit locus præventioni, Leoncill. decis. Ferrar. 57. nu. 18. Spad. conf. 55. num. 2. lib. 1. & conf. 89. num. 7. lib. 3.

Sed opus non fuit ingredi, minusve determinare quæstionem prædictam, ex quo versabamur non in proprietate censititia, sed in censu pecuniâ constituto, super quo dum contenditur, seu exactio judicialiter intentatur, utique illa coram iudice seculari agitanda venit etiam quando Clericus, vel Ecclesia à Laico censum + prætentant, quia in hac materia iudex competens dicitur iudex debitoris, non autem creditoris census, Bald. in leg. acceptam 19. nu. 24. Cod. de usur. Cagnol. in leg. 2. Cod. de pact. int. empr. & vendit. sub num. 113. Lup. comment. 2. §. 4. num. 14. Alex. consil. 103. num. 4. lib. 5. cum adductis per Cenc. de cens. quæst. 111. num. 6. Gratian. dicta disceptat. 238. num. 11. Sperell. decis. 142. in fine.

CAPUT XXVII. SUMMARIUM.

- 1 Appellatio in quibuscumque causis regulariter admittitur; In dubio admitti debet num. 2. Non datur ab interpellatione num. 3. Nec in causis alimentorum num. 4.
5 Alimenta, annuatim relicta, in principio anni debentur.

Appellationem in quibuscumque causis regulariter admitti + comprobatur, Georgius Mund. consil. 15. num. 177. lib. 1. Thoma. decis. Macerat. 3. num. 8. ubi id potissimum procedere inquit de Jure Canonico, Joan. Anton. ab Eccles. observat. 11. num. 1. & in dubio locum esse appellationi + seu ei deferendum pronuntiandum venit, Leoncill. decis. Ferrar. 94. numer. 5. Andr. Censal. decis. Lucen. 35. num. 73. ubi declarat militare si appellatio sit justa, Thomat. decis. Macerat. 12. in fine, & decis. 57. n. 29. Unde ab interpellatione + uti non inferente gravamen interposita appellatio non admittitur, Scacc. de appellat. quæst. 5. num. 106. Rot. in Cervien. bonorum 29. Martii 1647. §. quoad jurisdictionem Ghislerio. Nec in causis alimentorum + pauperi debitis appellatio admittitur, ut præter adductos supra cap. 8. comprobant, Thomat. decis. Macerat. 10. numer. 3. Tondut. resolut. civil. 172. num. 14. part. 2. & latè prosequitur hic per totam, Thomat. de Tutor. & Curat. tit. 18. sub num. 104. vers. & non dari appellationem, fol. 172.

Melius ad Cassillum de Alimentis,

In principio anni, si annuatim alimenta relinquuntur, + de jure debentur, leg. nec semel. 12. ff. quand. dies legat. ced. Tondut. de pens. cap. 7. nu. 19. ubi quod medietas in principio, & alia in fine anni debeatur, Buratt. decis. 891. num. 3. Altograd. conf. 84. num. 130. lib. 1. ubi quod de mense in mensem, vel de trimestri in trimestre solvi debeant, Thomat. de Tut. & Curat. tit. 18. num. 156. fol. 176. reliqua vide Cap. VIII.

CAPUT XXVIII. SUMMARIUM.

- 1 Hæres pro alimentis convenitur pendente confectione inventarii. Debitores hæreditatis convenire potest non confectione inventario num. 3. Declara ut num. 4. Habet novem dies ob mortem defuncti intra quos molestari non potest num. 6.
2 Alimentarius pro præteritis alimentis habet privilegium si contraxerit debitum.
5 Expensæ factæ per hæredem in lite calumniosæ eidem imputantur, & non hæreditati.

Connexitatem habet materia istius capituli cum ea, quam discussurum sumus in subsequenti, ad quod propterea recurendum erit. Singularis tamen limitatio subjungitur, quod nimirum hæres + pro futuris quidem alimentis etiam pendente inventarii confectione conveniri possit, secus verò pro præteritis, circa quod latius etiam notavimus ad cap. Sublimitarem quando is qui alimenta recipere debeat pro se alendo, aut studiis incumbendo debitum contraxit, + cum perinde habeatur, ac si alimenta consecutus non fuisset ad tradita per Gratian. discept. 60. ex nu. 22. usque ad 30. Mart. Medic. decis. Senen. 89. num. 20.

E contra autem hæres debitores hæreditatis convenire poterit + etiam pendente adhuc confectione inventarii, Surd. consil. 2. num. 36. ubi declarat non intrare titulum quod quisque juris, Scac. de judic. cap. 34. num. 29. Cancr. variar. resolut. cap. 2. nu. 164. part. 3. Caruf. in silv. termin. arb. 15. num. 47. Joan. Franc. Andreol. controvers. 198. num. 6. Cum declaratione tamen, quod ubi hæres + pendente inventario aliquem molesteret, tunc ab eo reconveniri ex alia causa hæreditatis poterit Cancr. variar. resolut. cap. 2. num. 165. lib. 3. Baldax. de Angel. ad Gizzarell. decis. 76. num. 10. Caruf. in silva term. arb. 15. num. 46.

Quoniam verò hæredes sub clypeo inventarii futiles, ac vana causa hæreditatis lites temere affectant, ideo jure merito succumbunt, ac in expensas + condemnantur, tunc ergo expensæ eorum damno non autem hæreditatis cedunt, Faber in C. lib. 7. titul. 17. definit. 7. de fruct. & lit. impens. Fontanell. decis. 98. numer. 16.

Cæterum quia hæres dupliciter in iudicium vocari contingit nimirum, vel à creditoribus, aut legatariis, occasione, & ex persona defuncti, & tunc benè intrant, quæ mox diximus. At quando aliunde præterquam ex causa hæreditatis judicialiter convenitur, & tunc non nisi + novem dies nuncupati luctus dan-

tur hæredi agnato, fratri, & cognato, intra quos molestia in iudicio affici nequit, Rim. jun. consilio 179. per totum, Gratian. disceptat. 18. numero quinquagesimo-tertio, & controvers. 243. num. 6. 15. & 16. Nig. de execut. rei iudic. cap. 6. §. 7. numero vigesimo-nono, Gutierrez de juram. part. 2. cap. 4. num. 18. Caren. resol. 86. num. 3. 4. & per totum, Carul. silv. term. arb. 14. nu. 14. per totum, & exornat Autho hic num. 9.

CAPUT XXIX.

SUMMARIUM.

- 1 Hæres pendente inventarii confectione tenetur ad legata alimentorum & similia.
- 2 Inventarii exceptio in iudicio manutentionis non attenditur.
- 3 Argumentum ab alimentis ad studium in materia legatorum sustinetur.
- 4 Studii causa privilegii pie gaudet. Sed declarata ut numer. 5. Dicitur favorabilis numero 6.
- 7 Legatum ex causa studii latam recipit interpretationem ex causa studii legatario debetur postquam est habilis ad studendum numer. 9. Ex causa studii non expresso tempore per decennium debetur numer. 10.
- 8 Feriis non obstantibus in causa studii summarie proceditur.

Hæreditate adhuc non adita, seu adita, & pendente Inventarii confectione hæres vel hæreditas ipsa alimentorum + legata in pios usus destinata, ac in pluribus aliis causis solvere obstringitur, quos recensent, Thomas. de Inventar. tract. 7. tit. 13. cap. 5. Leoncill. de privileg. pauper. 172. num. 2. & sequentibus, & decis. 133. num. 3. & 4. ubi ampliat si hæres jam in possessione reperiretur, Gratian. disceptat. 62. numero 23. & disceptat. 236. num. 52. & optime notatur hic ab Auctore numer. 1. Joan. Franc. Andr. controvers. 198. numero 2. Buratt. decis. 144. numero undecimo, & decis. 395. sub numero primo, vers. Aded ut, Capell. Tholosan. quest. 89. Franc. decis. 446. parte prima, Barbof. de univers. Jur. Eccles. libro 3. cap. 27. numero 82. Virgil. de legitim. pers. cap. 20. sub numero 59. versic. Fallit tamen, & sequentibus, Carul. in silv. termin. arb. 15. numero 49. & 51. Baldax. de Angel. ad Gizzarel. decis. septuagesima-sexta, numero 9. Hodiern. ad Sord. decis. 323. num. 10. Sicuti inventarium, nec impedit quominus existenti in possessione, seu quasi exigendi census concedatur manutentio + contra hæredem cui in hoc non suffragatur exceptio Inventarii, Rot. post tractat. Cenc. de cens. decis. 55. num. 10. & decis. 231. num. 5. Post. de manutent. observat. 56. num. 9.

Hinc ergo cum legatum ex causa studii alimentorum legato æquiparetur, + & ab uno ad aliud valeat argumentum, lege prima, ibi, in alendo eo vel forte ad descendendum, Cod. de infant. exposit. l. de bonis 6. §. non solum, ff. de Carbon. edict. l. qui filium 4. ff. ubi pupill. educ. deb. Decian. consilio decimo-quarto, numero decimo-quarto, libro primo, Simoncell. de decret. lib. 3. titul. 8. inspect. 15. numero 112. Guilhelm. Ant. de ref-

cript. & morat. conclus. 42. numero 11. Quinimo causa studii + pie privilegii gaudet, secundum opinionem multorum, de quibus apud Barbof. de univers. Jur. Eccles. libro tertio, cap. 27. numero 29. Mar. Anton. variar. resolut. 6. numero quarto, libro primo, Gratian. dicta disceptat. forens. 62. num. 3. & 4. Rim. jun. consil. 117. numero 13. Gratian. consil. 142. num. 9. libro 2. ubi se restringit ad studium Theologiæ, Monef. de commutat. ultim. voluntat. cap. 4. nu. 45. Ciardin. contrav. 5. num. 45. Guilhelm. Anthon. de rescript. & morat. d. concl. 42. num. 15. Novar. de elect. forens. quest. 15. num. 8. & 9. Præcitati Doctores videntur requirere, quod ultra causam studii legatum conferatur in pauperem + & simpliciter loquendo causam studii piam minimè dici admittit, Spad. consil. 289. num. 33. lib. 3. Rot. in Calaritana Juris Visitandi vigesimo-primo Maii millesimo sexcentesimo quadragesimo-nono, num. 3. Corrado.

In eo tamen conveniunt omnes causam studii + si non principaliter, saltem per posterius favorabilem esse Auth. habita Cod. ne fil. pro patr. lege prima, Codice de stud. lib. §. fin. in proem. institut. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 14. numero primo, Intugl. de substitut. cent. 3. quest. 73. numero 400. Spad. dicto cons. 289. num. 33. lib. 3. Decian. resp. 38. num. 5. lib. 2. Guilhelm. Anthon. de rescript. & morat. conclus. 42. num. 2. Unde quidquid sit an pendente inventarii confectione efficaciter legatum ex causa studii + præcendi possit, sanè pro eo tanquam favorabili lata debet sumi interpretatio, Raudens. consil. 26. num. 52. lib. 2. Spad. dicto cons. 289. numero 6. & 31. lib. 3. Guilhelm. Anthon. de rescript. & morat. dicta conclus. 42. Aded ut in causa legati in causam studii summarie + ac feriis non obstantibus procedatur, Barbof. in leg. 1. part. 7. numero 58. in princip. ff. soluto matrimonio. Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 5. numero 54. Guilhelm. Anthon. de rescript. & morat. dicta conclus. 42. numero 24. & 26. ubi quod nec detur appellatio in huiusmodi causa ex Scac. de appellat. quest. 17. limit. 7. num. 13.

Tempus verò petendi legatum, seu dies tunc cedere dicitur, quando legatarius effectus est talis, + qui communi hominum opinione possit dare operam studiis, l. nec semel 12. §. si in habitatione, ff. quando dies legat. ced. Menoch. de præsumpt. 199. sub numero 29. versic. Est etiam exemplum lib. 4. Gratian. discept. 254. numero 35. Bald. cons. 284. numero 3. & 4. lib. 2. Spad. d. cons. 289. numero 13. libr. 3. Joan. Carol. Anton. de tempor. legal. lib. 4. capite 16. num. 23.

Si autem Testator in legato ex causa Studii seu Doctoratus relicto tempus + non expressit, minus decennio legatum præstari non debet, Cephal. cons. 232. numero 2. & seq. Joan. Carol. Anton. de tempor. legal. lib. 4. cap. 16. numero 24. Verum quod quinquennium pro Doctoratu sufficiat post Bald. d. cons. 284. in fine, lib. 2. animadvertit, Gratian. d. contrav. 254. sub numero 48. versic. Saltem per quinquennium.

CAPUT

CAPUT XXX.

SUMMARIUM.

- 1 Inventarium ab uno hærede confectionem aliis non predest.
- 2 Hæres sine inventario tenetur erga creditores hereditarios ultra vires hereditatis, etiam de Jure Canonico. Limita in foro conscientie numero 3. Si sunt plures non tenetur ultra quotam licet teneatur ultra quantitatem quotæ numero 4. Fallit ut numero 5. Non tenetur ultra vires hereditatis si aliunde probet statum hereditatis numero 6. Obligans se in solidum erga creditores hereditatis non gravatur ultra vires numero 7. Et quid operetur talis obligatio numero 8.
- 9 Minori ob non confectionem Inventarium datur restitutio in integrum, Quæ cohæredi majori non suffragatur numero 10. Sed contra numero 11.
- 12 Restitutio in integrum non competit majori ad confectionem inventarium, ex eo quod ingens æs alienum detectum fuerit. Sed contrarium numero 13.

Nil peculiare habent legata pro alimentis, seu in pias causas relicta adversus hæredem beneficiatam, quia ultra vires hereditatis non tenetur, sicuti non conficiens inventarium supra vires hereditatis ea solvere cogitur, quemadmodum animadvertit Auctor hic à nu. 1. ad 4. optime subjungens num. 4. quod si plures adsint hæredes inventarium + ab uno confectionem aliis non suffragatur, ut etiam animadvertunt, Buratt. decis. 521. num. 7. Giurb. observat. centesima quarta, numero tertio, Leoncill. decis. Ferrar. 8. numero decimo sexto, Carol. Carul. in silv. term. arbit. 15. num. 96.

Jure Canonico inspecto controvertetur, num hæres sine inventario + ultra vires hereditarias erga creditores, & legatarios tenetur circa quam controversiam negativam opinionem profitebantur, Anchar. consil. 411. sub nu. 7. vers. non obstat. Gratian. cons. 91. nu. 37. & seq. lib. 1. Sperell. decis. 135. num. 20. Genuen. in præct. quest. 474. Graf. de effect. Clerical. 2. num. 253. Joan. Franc. Andreol. controvers. 124. num. 9. & latè prosequitur, Olea de cess. jur. titul. 6. num. 10. & 11. ubi quod privilegium huiusmodi transeat etiam in cessionarium, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. libro 4. cap. 30. num. 18. Rot. decis. 72. à num. 40. ad 48. part. 2. divers. & in Urbevetana legati 14. Novembris 1580. coram Bubalo. Contraria tamen opinio, quod nimirum etiam de Jure Canonico hæres non conficiens Inventarium teneatur ultra vires hereditatis defendunt cumulati hic num. 7. & per Rotam dicta decis. 72. à num. 49. part. 2. divers. Joan. Franc. Andreol. controvers. 101. num. 13. & in Biuntina census 24. Maii 1647. §. finali coram Eminensissimo Corrado, impressa apud Salgad. in Labyrinth. credit. decis. 17. num. 20.

Hanc tamen posteriorem sententiam communiter receptam, ut nimirum hæres sine inventario etiam de Jure Canonico ultra vires hæred-

Melius ad Castillum de Alimentis.

ditatis erga creditores, & legatarios teneatur post alios hic numero 9. singulariter limitat in foro conscientie, + in quo hæres, quantumvis non beneficiatus, non obligatur, nisi prout vires hereditatis suppetunt: quam conclusionem exornat, Dian. parte prima, tractat. 10. resolut. 27. vers. cum igitur fol. 154. & resolut. 56. §. & eadem vers. secus autem fol. 452. cum adductis per Nos, allegatione 89. numero sexto, lib. 3.

Animadvertendo tamen quod omisso Inventarii ubi plures adsunt hæredes non facit ut quis teneatur ultra quantitatem & vires ipsius + quotæ, Rot. in Ariminen. pecuniaria, vigesimo secundo Junii millesimo-sexcentesimo quadragesimo sexto, §. sed non difficili Arguelles. Istud tamen singulariter limitatur in causa + alimentorum, nam tunc uniusquisque ex pluribus hæredibus in solidum conveniri potest, Franc. decis. 203. num. 3. Perus. decis. 92. numer. 1. 14. & 15. Apicell. allegat. 9. num. 26. & 27. Joseph. de Mel. ad Gizzarell. decis. 50. numero 17. Vide in annot. ad cap. 6. Gratian. discept. 16. numero 27. & seq. Mart. Medic. decis. 38. num. 2. & 3. Aliunde autem si status hereditatis concludenter probetur, omisso inventarii tunc non impedit, quominus hæres tutus reddatur, ne ultra vires hereditatis excuti + possit, ut latè prosequitur Auctor ex numero 12. & num. 51. quod maxime sibi locum vindicare diximus dicta allegat. 9. numero 5. ac per totam, libro 3. coram supremo Tribunali, & nunc addo Didac. de Mar. ad Gizzarell. decis. septuagesima-sexta, in annotat. in fine, Crauf. in silv. term. arb. 15. num. 98.

Quando hæres ultra obligationem quam habet qua talis erga creditores, & legatarios defuncti novam assumit obligationem in solidum versus eosdem; non ideo beneficium Inventarii + amittit nec gravari potest, nisi pro relievo bonorum inventarii, dum expressè ejus beneficio renunciat ex cumulatis per Authorem hic numero 50. quibus accedunt plures alii à nobis congesti allegan. 120. num. 2. & per totam: ubi etiam habetur decisio Rotæ per extensum libro tertio, Didac. de Mar. ad Gizzarell. decis. 76. in annotat. numero 5. ubi quod S. C. junctis omnibus aulis ita judicaverit, Sanfelice. decis. 212. per totam, Fontanell. decis. 491. numero tertio, & sequentibus, Capyc. Latr. decis. 38. à numero 19. & decis. 115. num. 31. & 32. & decis. 148. num. 20. Hodiern. ad Sord. decis. 132. numero 1. & seq. & decis. 297. num. 3. & contrav. 31. num. 58. Anton. de Marin. resolut. 233. num. 13. & 14. lib. 2. Post. resolut. 25. num. 37. & seq. Rot. apud Pic. ad statut. urb. decis. 43. nu. 4. Duplicata apud Pacific. de Salvia. decis. 138. Calvin. de equit. cap. 55. per totum, Rot. decis. 700. part. 3. & d. decis. 135. nu. 13. & seq. part. 9. tom. 1. recent. & in Materaten. Salvia. 11. Martii 1647. §. fin. Corrado. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 7. sub n. 25. vers. Est tamen. Moc. in silv. cas. for. cap. 47.

Satis autem obligatio per hæredem proprio nomine suscepta operari dicitur, dum hæres etiam beneficiatus sic promittens absque bonorum inventarii discussione in persona + & bonis molestari potest pro concurrenti quantitate, seu à valore bonorum inventarii: Gratian. disceptat. 553. numero trigesimo quarto, Franc. decis. 648. in fine. Rot. apud Pic. ad statut. rub. d. decis. 43.